

Ceat. Hic est Discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hanc & scimus quia verum est testimonium ejus. Sunt autem & alia multa, que fecit Jesus, qua si scribantur per singula, nec ipsum arbitrio mundum capere posse eos, qui scribendi sunt; Libros.

*k Deut. 19. 14.
& 27. 17.*

Sed nos veteres, à Patribus nostris positos, fines transgredi, praeludere ducimus (*k*). Postremum hoc caput tanquam genuinum S. Joannis Opus semper suscepit Ecclesia; & nos etiam suscipimus. Quantum quantum est hoc Evangelium, una cum omnibus, quibus confat, partibus, in canonem recepit Concilium Tridentinum; & nos etiam cum ipso nihil non Canonicum agnoscimus. Plausibiles licet congerantur conjecturae, nunquam id imperabunt, ut deferendam suadent assertam Patrum nostrorum autoritate sententiam; alioquin enim, cā semel datā viā, nihil inviolatum in Divinis Libris maneret, quos tamquam Spiritus S. Oracula, & tamquam Patrum cœlestis testamentum habemus.

Prater Evangelium ingenii sui fœtus reliquit S. Joannes tres Epistolas, & Apocalypsim, de quibus suo loco. Alia quædam Scripta Hærenorum fraude tanto viro superposita sunt, indigna planè, quæ sub tantu nominis gloria pareant, e. g.: Itineraria S. Joannis (*l*), quod facile Opus confundendum cum Actis ejusdem Apostoli (*m*). Laudatur sub ejus nomine Liber Obitus & Assumptionis B. Virginis (*n*). Servant adhuc Orientales Liturgias S. Joannis Evangeliste nomine inscriptas. Sed Ecclesia ejus Authoris genuinum non agnoscit, nisi Evangelium, Apocalypsim, & tres illas Epistolas, quas supra innivimus.

Obtinet non infrequenter apud veteres Patres (*o*) elogium Theologi, quod viro promeruit scriptum ab ipso Evangelium, ac maximè prium ejus Operis caput. Polycrates Episcopus Ephesinus (*p*) testatur, alligata fronti gestasse laminam auream, veluti Sacerdotio Iesu Christi fungentem, quod pariter honoris insigne praetulisse priores Episcopi feruntur, quo major honor Sacerdotio novæ Legis conciliatur, ad imitationem Summorum Sacerdotum apud Judæos. Sed hujus rei certiora adhuc documenta expectantur.

DISSESTITO IN OBITUM S. JOANNIS EVANGELISTÆ.

DE obitu S. Joannis Evangelistæ tanquam de problemate aliquo proposito semper disceptatum est in Ecclesia, jam inde à primis exortæ Fidei sacerulis ad noctram usque atætæ. Qui utramque partem defenderent Autores in medium facile producserent. Autem arbitrari, ut sanitatem valens è Mundo, quemadmodum olm Enoch & Elias, transferretur, ad constitutum Judicio tempus, vel alterius coiuspam rei gratiâ referandus.

Argumentum de obitu S. Joannis tractans Malvenda lib. 9. de Antichr. c. 11. & 12. obiisse quidem illum defendit, nec venturum exiū seculorum, ut nō simul cum Enoch & Eliā manus conserat cum Antichristo. Vide Abdian in Vit. S. Jo. c. 22. & 23. & Fabricii in eum locum annotationes pag. 587. &c. & Addenda in eam pag. 984. &c. Negat Apostolum obiisse Ambrasius Catharinus.

Decimo septimo tandem seculo Florentinus (*c*) huic fulcienda opinioni operam suam conferens, sententiam illam solidius & majori scientiæ nisus defendit. Obiisse ille quidem Apostolum fatetur; sed statim ad vitam restitutum autem, quo ad extum usque seculorum perveniens, post annunciatam fidem iterum tandem occupat. D. Tillemont Florentini argumenta ad trutinam revocata futilia esse & inaniam demonstravit (*d*). Etate SS. Augustini (*) & S. Gregorii Turonensis (*e*) plures ea persuasione tenebantur, in tumulo adhuc superstitem Apostolum recondi, extremâ Judicii die proditum. Varias hæc sententias modò in examen revocamus, quascumque demum partes potiores reputabimus, secuturi.

Jacobus Faber Stapulensis (*b*) decimo-sesto ineunte saculo sententiam Georgii Trapezuntini defendendam suscepit, afferens, melius facturum S. Hieronymum si adnotasset, S. Joannem è præsentî hac in alteram vitam migrasse; quam mortem illum appetuisse; neque enim de ejus obitu certi aliquid resicitur; nunquam ejus sepulchrum paruisse, quod vir ille sanctus in columis latuusque, tanquam si ad im-

a Georg. Trapezunt. Opuscul. quid Joan. Evangel. non sit mortuus. Basilea 1543. Ita & Pseudo-Hippolitus & Dorotheus.

b Fab. Stapul. Dissert. de una è tribus Mart. fol. 82.

mortalitatem iret, subiit. Factum itaque arbitrari, ut sanitatem valens è Mundo, quemadmodum olm Enoch & Elias, transferretur, ad constitutum Judicio tempus, vel alterius coiuspam rei gratiâ referandus.

Qui utramque partem defenderent Autores in medium facile producserent; neque id tanquam inter Scriptores Graecæ Ecclesiæ, sed etiam Latinæ spectatum est. Decimo quinto saculo Georgius Trapezuntinus Lucubrationum suam (*a*). Ponifici nuncupavit, qua defendendam suscepit sententiam de exemptione S. Joannis à communī mortalium lege; superfitem adhuc, proditum mundi temporibus, quid manum cum Antichristo confereret. Porro scriptum illud nullo solido arguendo & rara falcitur auctoritate; quare nullo negotio à Bestiâ refutatum est. Cardinalis Baronius in suis ad Martyrologium Romanum annotationibus ejus Libri suppresso Authoris nomine frigidè fatis meminit.

Jacobus Faber Stapulensis (*b*) decimo-sesto ineunte saculo sententiam Georgii Trapezuntini defendendam suscepit, afferens, melius facturum S. Hieronymum si adnotasset, S. Joannem è præsentî hac in alteram vitam migrasse; quam mortem illum appetuisse; neque enim de ejus obitu certi aliquid resicitur; nunquam ejus sepulchrum paruisse, quod vir ille sanctus in columis latuusque, tanquam si ad im-

His omnibus sententiis unicum momen-
tum

c Florent. Not. in Martyrolog. vetus Hieronymi p. 123. & sequent. Ita Niciphor. l. 1. c. 35.

*d Tillemont. tom. 1. S. Joan. Evangel. art. 10. 11. & Not. 15. 16. 17. 18. * Augus. in Joan. tract. 125.*

*e Gregor. Tu-
ron. de gloria Mart. l. c. 30.*

f joan. 21. 1. 2. & seq.

tum petitur è textu Evangelio S. Joannis (*f*). Duodecim vel circiter à resurrectione diebus Christus Discipulis suis pescatione in mari Galileeæ vacantibus spectandum se præbuit. Cum illis uberem largitus esset pescationem, instituit pariter & dapes, quas unā cum illis in litore maris degustaret. Secundum hæc Petrum semel iterum & tertio interrogavit, num magis quām à ceteris omnibus amaret ab illo? Affirmans Apostolo, ita Jesus: Cum es junior cingebas te, & ambulabas ubi volebas; cōdū autem seruoris, extēdes manus tuas, & alias te cingebas & ducet quō tu non vis. Adjectis: Sequere me. Paruit illico Apostolus, interim vero, ait Evangelista, conversus Petrus vidit illum Discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, & dixit: Domine hic autem quid? Dicit ei Jesus. Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere! Exemplaria Latina habent: Sic eum volo manere &c. quid ad te? Tu me sequere? Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia Discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus non moritur; sed si eum volo manere donec veniam, quid ad te? (si ve juxta Latina Exemplaria: Sic eum volo manere, donec veniam; quid ad te?) Inde data varie opinandi ansa, arque unicus his disputationis nostra cardo.

Evidē, ut vera fateamur, verborum qui primo fere offert legentibus sensus, ille est, nimur immōnem à p̄scripta mortalibus omnibus obeundi lege futurum Apostolum, ante adventum Fili Ædi. Et id maximè insinuat illa Vulgata lectio: *Sic eum volo manere donec veniam.*

In eundem pariter sensum convenit Graeca lectio: *Si eum volo manere donec veniam: quid ad te?* Particula illa si indicativum apposita, non dubitationem ingredit, sed est affirmandi nota: quemadmodum Georgius Trapezuntinus pluribus exemplis demonstrat, & ipso etiam constat Grammaticorum testimonio. Ita familiari sermone usurpat: Si ego te amo, numquid tibi obloquer? Si ego multum lectioni & studio vacavi; ut quid me ruden in doctrina traducis? Si ego ita scripsi, numquid me scripsi ignorarem? Porro in aliatis omnibus exemplis particula si non ambigens nota est, sed affirmans. Ea pariter vis est ejusdem particule in sententia Evangelica: *Si eum volo manere donec veniam;* nimur. Volo equidem ad adventum usque meum ita manere. Ita pariter loquentis Christi verba interpretati sunt Discipuli, & ceteri quicunque Fidei, apud quos rei fama pervenit: *Exiit sermo inter fratres, quid Discipulus ille non moritur.* Quod illis tunc visum est, idem testimoniis de Jesu Christi adventu ferendo unā cum Eliâ, & Enoch adversus Antichristum prodibit.

Defuturum quidem aliquid videretur in ea veluti expeditione, quam Dominus adversus Antichristum suscepturus erit, si terribili illo adversario, Enoch tantum & Eliam oppositus esset. Oppugnari enim par est hostem infensum, & manu Propheta est.

T 2 phe.

ceteris à Jesu conferretur, si Christus obeundum illi annunciat, quando per mortem ad eum invividendum ventrè? Nonne eo sensu homines tandem in mundo perseverant, donec invividos illos Domini veniat?

Primus igitur pronus & literalis verborum sensus tenetius est, quæ planè si equivocationis aliquid continerent, ipse S. Joannes exposuerit; cū maximè adjecterit: *Et non dixit Jesus non moritur;* sed sic eum volo manere, donec veniam; quid ad te? Cur deceptos Fratres ejusdem sermonis occasione, ratos nunquam interfratrum Apostolum, Evangelista non monuit? Quamquam non immortalitatem illi, sed longè diuturnam vitam promisit: Quare cū Discipuli de immortalitate interpretabantur, quod à Christo de vita tantum diuturnitate dictum intelligi volebat; adjectit idem Evangelista: *Et non dixit Jesus: Non moritur &c.*

Ad hæc Jesu Christi verba ita pariter usupabant Discipuli; quasi scilicet nunquam Joannes mortem esset oporteturus, cū Jesus tantum significaret: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* tu me sequere? Congruit quidem verborum sensus, sed verba non item. Quare S. Joannes verba sententiae Jesu Christi fratribus suis opponit, non ipsum verborum sensum. Re quidem, ait Georgius Trapezuntinus, sensum verborum Jesu Christi affectus fuerant Discipuli, sed Apostolus Joannes in ista Sanctis viris animi demissione & modestia ait, non dixisse Jesum: *Non moritur,* sed si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Huic etiam opinione de exempto à communi mortis lege Apostolo faverit alter textus in *Apo. 10. 10. 11.* ubi Angelum inducit offerentem Apostolo Joanni Librum, similem his me verbis, at idem Apostolus, affatus est: *Accipe librum, & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum* sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi Librum de manu Angelis, & devoravi illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cū devorasset eum amaricatus est ventre meus, & dixit mihi: *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.*

Observant autem, Apostolum post exilium in Insula Pathmos, ubi Apocalypsim litteris mandavit, nunquam ad gentes & Reges extraneos fidem annunciasse. Imbecilli enim valetudine & affectu ætatis vir longioribus itineribus prestandis imp̄r̄ suis-est. Implendo igitur Apocalypsis oraculo destinatum est extreum mundi interitum seculum, cū scilicet Evangelista annunciando gentibus Evangelio, atque testimoniis de Jesu Christi adventu ferendo unā cum Eliâ, & Enoch adversus Antichristum prodibit.

Defuturum quidem aliquid videretur in ea veluti expeditione, quam Dominus adversus Antichristum suscepturus erit, si terribili illo adversario, Enoch tantum & Eliam oppositus esset. Oppugnari enim par est hostem infensum, & manu Propheta est.